

Ukázka 2.31

O Maria rubens rosa

O María rubens rosa,	8a	α	A (α+β)
mater ineffabilis.	7b	β		
Et totius legis glosa,	8a	α	A
pre cunctis amabilis.	7b	β		
Quis laudare digne queat,	8c	γ	B (γ+δ+ε)
verbum patris, quod te beat,	8c	δ		
virgo mente stabilis?	7b	ε		
Rubus te presignat digne,		8a				
non ferens incendium.		7b				
Licet flamma sit in igne,		8a				
tamen non dat dispendium:		8b				
Sic intacta virgo paris,		8c				
inxperta thorum maris,		8c				
legi dans compendium.		7b				
Te figurat porta clausa,		8a				
quam vidit Ezechiel,		7b				
neque fuit sine causa,		8a				
intra lacum Daniel.		7b				
Ut per portam non intravit,		8c				
vir qui Danielem pavit:		8c				
sic predixit Gabriel.		7b				
Te fecundam paritum,		8a				
summi patris filium,		7b				
extra statum et naturam,		8a				
qui patris per consilium.		8b				
Ruptis portis dire mortis,		8c				
hostis, leo quasi fortis,		8c				
frangeret consilium.		7b				

Komentář:

Pravidelná semiřádková strofa: ababccb, strofický nápěv vnitřně členěný (A= α+β; B= γ+δ+ε)

Text a nápěv:

CD Codex Engelberg 314, Musik des späten Mittelalters, č. 7

Interpret: Schola cantorum Basiliensis

Producent: Deutsche Harmonia mundi, RD 77185